Episcopali ad eand.m Ecclesiam Cathedralem se contulit. Ubique perveniens in limine Januae Maioris, genibus flexis Crucem a barchipresbitero presentatam adoravit, et osculatus fuit, et exinde thurificatione accepta, recitatisq. orationibus praescriptis in Pontificali, in loco ad id parato, et decantata Nona Tertia sub Solio Pontificali ante Suggestum erecto, accessit ad Altare Maius, in quo Solemni ritu Missam celebravit, Concionem de Sacra Visitatione, post Evangelij cantum habuit, et Populo benedixit.

Expleta Missa, sumptoq. Pluviali albo perrexit ad Cappellam in qua asservatur Sanctissimum Eucaristiae Sacramentum in Pyxide argentea, et in ostensorio, et diligenter perlustrato Tabernaculo, iterum cum venerabili Sacram.to Populo benedixit, et decrevit ut infra.

Retineri semper in eod.m Tabernaculo etiam Pyxidem minorem pro deferendo SS. Viatico ad Infirmos.

Instaurari Lunulam ostensorij infra Mensem; Mox reversus ad Altare Maius absolutionem Defunctor. peregit

Demum dimissis Vestibus sacris, et Cappa Magna indutus Singulos de Capitulo, et Clero ad osculum Manus, et Vestium respective in signum Obedientiae, Paterna, et Fraterna Charitate excepit, eisdemq. Canonicis, Clericis, et Prioribus Magistratus comitantibus ad Episcopium remeavit.

Die 25 Julij. 1719

Illmus. et Rmus. D. prosequendo sacram Visitationem Eccl.ae Cathedralis, assumpsit pro Comitatoribus RR. DD. Nicolaum Ettorem Archipresbiterum, et Cannonicum Innocentium Floridi, et visitavit, atque decrevit ut infra

De Sacro Fonte Baptismi

Visitavit Baptisterium, positum fere in foribus Ecclesiae, nempe ad Portam Lateralem Dexteram, cumque locus iste nimium sit expositus, et angustus, itaut in eo asservari non valeant Sacra Olea, et Libri Baptismales, observavit veterem Ecclesiam ad laevam Cathedralis constructam et D. Joanni dicatam olim fuisse, iuxta priscam consuetudinem, quam retinent Eccla. Lateranensis, Florentina, et Pisana, aliaeque celebriores pro conservando Sacramento Baptismi. Verum quia teste Gregorio Turonense decretum fuit post Baptismum Clodovei, quod Fontes Baptismales conservarentur in Ecclesiae parte sinistra, Illmus. D. mandavit adnotari Opus, et operis pretium, et de mediis ad perficiendum, et transferendum ipsum Fontem, vel ad laevam Ecclesiae, vel ad antiquam S. Joannis, vel saltem ad parvam Cappellam, quae construi posset in Horto Ecclesiae, cuius Ianua esset in loco eodem, ubi ad praesens reperitur Fons valeat excogitari; Reliqua iaceant ad formam.

De Sacris Oleis

Visitavit Olea Sacra, quae retinentur in Mansiuncula a Cornu Evangelii Altaris Maioris, et mandavit eandem Mansiunculam, provisa seratura, interius, et exterius decenter ornari, vel saltem depingi, et in ea describi litteris visibilibus Olea Sacra.

Item renovari cordulas sericas longiores, violacei coloris in Bursa collo Sacerdotis appendenda, quando Oleum Sanctum defertur ad Infirmos infra mensem.

De Sacris Reliquiis

Visitavit sacras reliquias in altari proprio existentes, et in Reliquiarijs argenteis, ligneis, et ex auricalco honorifice reconditas, inter quas reperitur lignum S. Crucis, in Cruce argentea, et adsunt Reliquie SS. Marciani, et Ioannis Protector. in urna pariter argentea, et Caput S. Florentij Martiris in Theca argentea, easque venerari, Thure adolevit, atque mandavit.

Exemplavi Tabellam earund. Reliquiar. que asservat. in Sacristia, exemplumque, facta prius p. Cancellariam collatione, et signatum in testimonium veritatis affigi in ipsamet Tabella, exemplar vero recondi in archivio Ecclesie, ad perpetuam memoriam, nec non tradi notam inserendam in actis sacre Visitationis vide d.o acta p.te 1. fol. 1.

Die 16 7bris 1719

De Altare Maiori

Marmorea urna, in qua teste em.o Card. Baronio in Martirologio ad diem XVI 7bris requiescunt gloriosa Corpora SS. Martirum Marciani, et Ioannis, et Lapis superpositus totusque sacris Oleis delibutus Primarium hoc altare componunt. In eo quotidie decantat. Missa Conventualis cum applicatione Sacrificij pro Collegio ex obligatione Capti. et Rector Cannonicatus erecti a b. m. Epis. Corradino tenet. celebrare Missam alternis hebdomadibus singulis diebus duplicibus, et semiduplicibus cum anniversario in die obitus eiusd. Episcopi. Qui in fundatione Dotem Constituit prout

in Inventario exhibito, et alligato in actis huius Visitationis p.te 1. fol. 5. per quem Rectorem, qui ad presens est Can.cus Petrus Conradi Ill.mus D. mandavit doceri de adimplemento. Ante dictum Altare semper ardet lampas sumptibus Ecclesiæ.

De Altare SS. MM. Marciani et Soc. sive Reliquiarum

Est de iuribus Ecclesiæ, non habet certos redditus, sed manutenetur ex eleemosinis, quæ administrantur per Depositarium deputatum ab Ep.o, qui ad presens D. Philippus Midosi, per quem Ill.mus D. mandavit reddi rationem.

Adest legatum q. Dom.ci Caccaveli Missarum duarum singulis mensibus, quas celebrant Capitulares, de quarum adimplemento Ill.mus D. mandavit doceri. extant Instrumenta in Cancell.a Ep.li sub die 11. Iulij 1701. fol. 241.

Ante dictum altare ardet pariter continuo lampas sumptibus Eccl.æ pro veneratione Sacrarum reliquiarum.

Deficit umbellula super Altare, quam Ill.mus D. mandavit confici quam primum in reliquiis inveniet ad formam.

De Altare SS. Crucifixi, olim Sanctæ Barbaræ

Est de iuribus Eccl.æ erectum ibid. D. Beneficium sub tit. S. Liberati, cum onere unius Missæ qualibet die Lunæ.

Item aliud Beneficium sub tit. S. Angeli, cum onere missarum duarum singulis mensibus; quorum Rector est D. Tranquillus Curiola, et quod unitum cum alio Beneficio sub tit. SS. Pauli, Jacobi, et Georgij possident bona descripta in Inventario exhibito in actis huius Visitationis p. 1 fol. 7. Pro d. Curiola celebrat D. Stephanus Bernabei, per quem Illmus. D. mandavit doceri de adimplemento.

Item in hoc Altare celebrari debet bis in mense feria 6a missam votivam de Cruce, seu de Passione alternatim ab Rectore Cannonicatus Epi. Gozzadini, dummodo dies non sit impedita ab officio duplici, seu semiduplici; cui Rectori Illmus. D. pariter iniunxit docere de adimplemento.

Et quoad Altare mandavit provideri de tubella, et de Tela cerata, et tavaglia ad illud operiendum finitis Missis.

De Altare SS. Rosarij

Cosma Piper Chisinus ex devotione ornavit Cappellam, et Altare et in suo Testo. plura ad favorem Cappellæ ordinavit; Legatumque instituit annuum pro Dote unius Puellæ, ut in Sa. Visite. Epi. Sibani de anno 1691; quæ mandavit Societati expediri lura contra Possessores bonorum d. Testatoris. Verum quia vigent lis inter Officiales S. Fabricæ, et D. Philippum Paleani in Rota Rom. super validitate d. Testi. Illmus. D. mandavit recognosci statum, et merita causæ ad effectum providendi prout de iure.

Altare D. de Iuribus Societ. SS. Rosarij aggregatæ Archiconfti. S. M. super Minervam de Urbe, et Privilegiatum pro Defunctis ex concessione Gregorij XIII Clementis X

et Innocentij XI, prout in Lapide à Cornu Epistolæ.

Recitatur ter in Hebdomada SS. Rosarium, cum Litanijs B.^mæ Virginis, videlicet singulis diebus festivis si occurrant, sin minus diebus Dominicæ, Mercurij, et Sabathi.

Rector perpetuus d. Societ. est Archipresbiter ecclesiæ pro tempore.

Possidet bona descripta in Inventario exhibito in actis huius visitationis p.^e 1. fol. 11. quæ administrantur per Depositarium per quem Ill.^mus D. mandavit reddi rationem.

Quandò non recitatur Rosarium in Sabatho Rdi. Capitulares post Matutinum, decantant antè dictum altare Litanias B.^mæ Virginis Mariæ.

Qualibet prima Dominica Mensis post Vesperas fit à Capto. Processio circà Plateam Ecclæ., in quà deferuntur Sacræ Reliquiæ amicerus, et veli B.M.V. et Palij S. Ioseph, de vestium SS. Cosmi, et Damiani, quæ asservantur in Reliquiario Ramneo inaurato.

Dominica prima 8bris. celebratur festivitas SS. Rosarij, et antè missam solemnem, fit Processio circà Plateam maiorem Civitatis, cum interventu Capli., et delatione dictarum Reliquiarum, quà peractà recitantur Litaniæ, et postmodum canitur Missa et Hebdomadarium, et antè Vesperas recitatur totum Rosarium cum Litanijs ut suprà.

Dictum Altare, manutenetur de Cera, Oleo pro Lampade, et Sacris Suppelectilibus per dictam Societatem, quo in specto Ill.^mus D. mandavit provideri de Tela cerata, et tragula ad illud operiendum, et de sex vasculis cum suis floribus.

Tenetur eadem Societas celebrari facere annuatim Missas infrascriptas, nempe

Duas qualibet hebdomada diebus scilicet Lunæ, et Sabathi pro anima q. Josephi Mariuzze

Duas in mense pro anima q. Angeli Papaleonis

Duodecim infra annum pro anima q. Luciæ Biliene

Sex pro anima q. Mariæ Bonifaciæ

Duas singulis mensibus pro an.a q. Virgilij Chiochie

Viginti pro an.a q. Joannis Anastasi de Puppis. +

Quindecim pro an.a q. Marci Antonij Moricconi +

Duodecim pro an.a q. Joannis Signovilis

Anniversarium infra octavam Omnium Sanctorum pro an.a q. Mariuzze et suorum.

Aliud de mense Maij pro an.a q. M. Fabriani

Aliud de mense Julij pro an.a q. M. Vitale

Quatuor pro Confratribus, et Sororibus, et Benefactoribus Defunctis, unum scilicet post festum Purificationis, alterum post Annunciationem, 3.m post Assumptionem, et quartum post Nativitatem B.mæ Virginis Mariæ

Item aliud pro ijsdem cum exequijs, et recitatione SS. Rosarij infra octavam Omnium Sanctorum.

Sulpitia Veronica Vidua q. Joannis Baptistæ Zulieni in suo Sept.o sub die 3. Aprilis 1707 in actis Julij Rizdolphi reliquit Societati scuta centum solvenda per heredes infra annum, cum onere celebrari faciendi Missas quindecim

Cessavit ut ad proximum + cessavit ut in actis Benef. 24 Aprilis 1728.

annuas, quarum tres in die obitus sui; sanq. d.as Missa centum adhuc soluta non fuerint, nec ingiptia ad formam Test.ti Ill.mus D. mandavit eius Officiales instent penes D. Philippum Galeam Filium, et Heredem pro adimplem.to alias &

In praed.o Altare erecta, et instituta sunt etiam infrascripta Beneficia, et Legata

Et p.o Beneficium fundatum p q. Ioannem Baptistam Sterpatore, quod de anno 1627 erectum fuit in Cannonicatum de Iure Patronatus Ep.i et Capituli, cum conditione quod Can.cus quando tenet. Missam Conventualem canere minime teneat. Missas dicti Beneficij celebrare

lib. Benef. n.o 3. ivi

Dos eiusd. Beneficij, sive Cannonicatus consistit in Bonis, et Censibus descriptis in Inventario exhibito, et inserto in actis huius Visitationis p.e 1 fol. 12.

Onera scripta sunt in Marmore prope dictam Cappellam à cornu Evangelij, et in testo. Rogato p q. Ant.o Santilasi sub die 13 Maij 1599. propter quod Rector tenet. celebrare qualibet hebdomada Missas tres, nempe die Lunæ pro Defunctis, feria 6.a de Passione Domini, et Sab.o de B. Virgine. Item peragere festum Nativitatis B.mæ Virginis, et d.a die celebrari facere cum omnibus Missis Capitularium, cum tribus anniversarijs post dictum diem festum, nempe unum pro an.a ipsius Fundatoris, alterum pro an.a Patris, et 3.um pro an.a Matris

Olim, et sub die 13 Augusti 1715 Cannonicus Cimati Possessor d.i Cannonicatus, ex rescripto Sacræ Congreg. Concilij obtinuit reductionem Missarum, ad rationem eleemosinæ

manualis, ut in Libro Beneficialium eiusdem anni p.te p.a fol. 127
et D. Nicolaus Mercone Archipresbiter, tunc Successor, sub die
5 Iulij 1716 taxatione Missarum à bon. mem. Ep.o Blasi respondentis,
ut in d.o lib. Beneficial. fol. 382.

Sed Modernus Rector Can.cus Andreas Mercangola Census assigna-
tos recuperavit sub die 8.o Iunij 1718, prout in Libro Sa-
cramentorum Curiae Episcopalis fol. 136, quapropter primaeva
onera erunt implenda, prout Illmus D. mandavit de adim-
plemento doceri.

Adsunt duo Beneficia erecta ex dispositione Ioannis Domi.ci
Buccioli sub die 17 augusti 1629, conferenda uni ex pro-
ximioribus Fundatoris, si extiterint, sin minus cui volue-
rit Ordinarius, et cum onere in fundatione Missarum quatuor
in qualibet hebdomada pro quolibet Beneficiato.

Unum ex his possidet D. Felix Forlani, cui assignata sunt
bona descripta in Inventario exhibito et allegato in actis
visit. p.te 1. fol. 18 qui ex decreto Sacrae Cong. Concilij obtinuit
reductionem ad duas Missas pro qualibet hebdomada sub die
6.a Maij 1693. ut in lib. Beneficial. fol. 65.

Alterum possidet D. Can.cus Ioannes Fran.cus Cerronus, cui
pariter assignata sunt bona adnotata in Inventario inser-
to in actis p.te 1 fol. 20 cuius onera ex decreto eiusdem
Sacrae Congregationis taxata fuerunt ad unam Missam sin-
gula hebdomada, et alias duas qualibet mense, et unam
in die visit. B. M. Virginis quotannis pro nunc, et donec
augeantur illius fructus, ut in d.o lib. Beneficial. sub
die 1.a Ianuarij 1696 fol. 453.

Aliud Beneficium ex dispositione Mariæ Fogliarke de Salvo-
natu Ep[iscop]i et Archipresbiteri, cum onere Missar[um] quinque
quolibet Mense; vacat p[er] obitum Q[uondam] Philippi de Cascaris
et deteriorationem status

Ill[ustrissi]mus D. mandavit fieri diligentias pro efformando statu
ejusdem Beneficij ad effectum providendi, et moneri
Interesse habentes.

Aliud ex fundatione q[uondam] Laurinæ Saristicæ de Iure Salvo-
natus Familiæ de Cascaris, cum onere Missar[um] duarum
in hebdomada, exceptis hebdomadibus Nativitatis et
Sanctaris Resurrectionis D[omi]ni n[ost]ri Iesu Christi, quod pa-
riter vacat, per obitum Gregorij Lavadisi.

Ill[ustrissi]mus D. similiter mandavit fieri diligentias, et moneri
ut supra.

Beneficium institutum a Marco Antonio Moricono de Iure
Patronatus Familiæ de Curiolis, cum obligatione
trium Missar[um] in hebdomada, et assistentiæ in Choro
diebus festis. Cujus Rector D. Q[uondam] Alexander Curiola
Laureus seniorum Calcat

Ill[ustrissi]mus D. mandavit exhiberi statum, et doceri de adim-
plemento, status exhibitus fuit in actis p[rim]o 1 fol. 25

Beneficium q[uondam] Cosmæ de Piperis erectum sub die 26
Aprilis 1691. in actis Curiæ Episcopalis, cum onere
quinq[ue] Missar[um] in hebdomada, et assistendi Choro diebus
festis; Cujus Rector D. Q[uondam] Can[onicu]s Innocentius Floridi

possidet Bona descripta in actis p.° 2. fol. 126.
Ultra recensita Benef.ª adsunt infrascripta Legata perpe=
tua; nempé
Legatum q. Magdalenę Pizzichelli, unius Missę qualibet hebdoma=
da, ex obligatione Curati S. Gregorij Taumaturgi, cum alijs
septem Missis annualibus notiuis de S. M.ª Magdalena, et
una de S. Dignamerita.
Legatum Laurinę Schmidę Anselini Missarum viginti annuarum,
quod olim adimplebat Q. Ioannes Bapt.ª Anselini, modó
adimplent eius Heredes
Legatum q. Artemisię Sacchi, pro una Missa cantanda per
Capitulum, in die Obitus 13 Aprilis cuius eleemosinam ad
presens soluit Ioseph Sacchi Heres
Legatum q. Nicolai Pelestronij Missarum quatuor singulis
mensibus, ad quas tenetur Ecclesia Cathedralis Legataria
Legatum q. Nicolai Boni Missarum duodecim annuarum, et
unius anniuersarij in die Obitus de mense Iulij, ex obli=
gatione Heredum ad presens D. Angeli Antonij Ruppij Heredis
Legatum q. D. Felicis Ruppij Archipresbiteri, qui super
quadam Domo, reliquit Archipresbiteris Successoribus
onus trium Missarum qualibet mense, et unius anniuersarij
in die obitus 15 Iulij cum Missa cantata, et octo lectis,
et super Horto alijsq. bonis iniunxit onus trium
Missarum in hebdomada maiori celebrandarum prout in Test.°
rogato p acta Io. Bapt.ª Picchinelli die 10 Iulij 1676.

In Libro Mortuor. Eccl.ae Cathedralis incipien.s ab anno 1695 fol. 194 sub archipresbiteratu R. Joseph Aquilij legi=tur litem agitatam fuisse inter Franc.um Antonium Marinelli et eund.m archipresbiterum, eundemq. fuisse compositum ad vitam tamen ipsius archipresbiteri, absq. preiudicio successor. cum relaxatione partis Domus, et Horti, ob asserta credita ipsius Marinelli, ut ex rogitu Antonii Celestronij sub die 30 Maij 1685. Sed eund.m Marinellum assecutum fuisse alia bona postmodum ab alijs Decen=toribus, ex Instrumento rogato p Simeone Casablancam die 3.a aprilis 1690.

Mons.r R. mandavit p modernum archipresbiterum fieri diligentias ad effectum procedendi.

Legatum q. Marci Antonij Oliverij Missar. viginti annua=rum adimplens. per Heredes, que ad presens cele=brantur à R. Can.co Germano; Germani.

Rector Cannonicatus Ep.i Gozzadini tenet. celebrare aleernis hebdomadibus die Lune pro Defunctis, et die Sabbathi Missam B. M. Virginis, dummodo dies predicti non sint impediti festis duplicibus, seu semiduplicibus, et decantare facere per Capitu=lares unum anniversarium, soluta eleemosina unius Anni.

Item ex obligatione olim Cappellæ S. Nicolai, nunc Sacristiæ ecclesiæ celebrat ibidem missas singulis diebus festis de præcepto, et Dominicis post missam cantatam, seu Concionem respective
Adest etiam legatum q. Angeli Aurelii Missarum quinque annuarum ex obligatione Societatis
Illmus D. mandavit omnes, et singulos Beneficiatos, Legatarios et Heredes respective doceri de adimplemento, et exhiberi Notam bonorum.

De Altare Epiphaniæ

Erectus in eo est Canonicatus, quem possidet D. Albertus Sacchi, et cuius bona descripta sunt in actis p.ti fol., et documenta fundationis in Visit. Epi. Gozzadini sub anno 46 pt. fol. 47. à tergo. Onera vero redacta sunt ad tres missas per singulas hebdomadas, excepta hebdomada, in qua Can.cus tenetur missam Conventualem Sanctuaria canere, et ad duo anniversaria post festum Epiphaniæ ex decreto Sacræ Cong. Concilii enunciato in Visit. Aleotti, et Blaij, de quorum adimplem.to Illmus D. mandavit doceri.
Inspecto altare mandavit provideri de Umbella, idest de Tabula curvata et quadrata, ad illud operiendum, de novo Pallio serico, aut quasi serico diversorum colorum, vel saltem

Quadruplici

covarineo, de duabus Mappis, et novo gradu Ligneo seu Bradella, Cruceq. depingi in fronte eiusdem altaris infra mensem sub penis &

De Altare S. Hieronimi

Est de Iuribus D. Comitis Fran.ci M. Petrarij, et in eo erecta est Beneficium, quod possidet Can.cus Antonius Saniverina, cum onere trium Missar. per singulas hebdomadas, quar. una celebrari debet die Martis alie ad libitum. Insup. per tenet. Rector in festo S. Niculavis decentare facere Missam, ac Vesperas, cum alijs quatuor lectis, et post dictum festum anniversarium facere pro Defunctis cum interventu Capituli. Lid. Beneficio assignata sunt bona notata in Inventario exhibito in actis p.e 1 fol. 31 vide Instrumentum dotationis rogatum p. Ioannem Dominicum Gratiani die 15 Februarij 1566 in visit. epi. Gorradini 1624 fol. 39 à tergo et seq.

Inspecto altare Ill.mus D. mandavit restaurari fenestram vitream, super illud existentem, provideri de umbraculo saltem covarineo, de Scabello decentiori pro Candelabris, item de Candelabris ex auricalco, et Vasculis, cum ramis florum, ac de novo palio serico, vel quasi diversor. color., et de Tela cerata ad tegendum Lapidem sacrum, et de tela stragula ad cooperiendum mappas altaris finitis

Missis, et de Tela ad tegendum fenestram infra mensam, et per Cappellanum doceri de adimplemento Missarum.

De Altare S. Antonij Patavini

Est de Iuribus DD. de Anastasijs, et in eo erectum est Beneficium de Iure Patronatus eorundem, ad presens retentum per Clericum Antimum Masi, cum onere duarum Missarum in hebdomada, nempe fer. 2.ª, et feria 5.ª de Sp. Sancto, nec non Missae Cantatae cum Vesperis, et tribus Missis lectis in festo S. Titularis, et unius anniversarij, cum Missa primis, et secundis Vesperis pro Defunctis die subsequenti. Uterius Rectori incumbit manutenere Altare de Paramentis etiam Sacerdotalibus pro celebratione Missarum et ex Instrumento fundationis rogato per Angelum Peleronij die 15 Aug. 1572. apparere dicitur.

Cum d. Altare pene denudatum sit Ill.mus D. mandavit provideri de omnibus necessarijs, nempe ombrello, Tobaleis, Tela cerata, et stragula, Palio diversorum colorum, Candelabris decentibus, cum Vasculis florum, Tabelis Secretarum, Lavabo, et In principio.

Olim pro his rebus conficiendis mandaverunt Episcopi Alexij et Blasijs poni sub sequestro reditus Beneficij, nec non pro restaurandis Domibus existentibus in Terra Aviniani ad dictum Beneficium spectantibus. vide d.l. sequestrum in actis Terrae Aviniani p.° fol.

Eiusq. D. Decreta Praedecessor. confirmavit, et execu-
tioni demandari iussit, nisi infra mensem fuerint adim-
pleta p Beneficiatu. nec non exhiberi Statum,
sivè Inventarium bonor. et doceri p eund. s de adim-
plemto Missar. aliorumq. onerum.

De Altare SS. Sacramti

Erecta est in hoc Altare Societas sub invocatione
SS. Sacramti, aggregata Ven. Archiconf.ti S. Petri de
Urbe. Sodales induti vestibus rubeis incedunt in Pro-
cessionibus publicis, et ad comitanda Cadavera Defunctor.
Possidet bona descripta in Invent.o exhibito, et inserto
in actis huius Visit. p.e 1 fol. 37 quæ administrantur
p officiales, à quibus rationes erunt reddendæ.
Onera eiusd. s Societ. sunt infrascripta, nempè
Tenetur manutenere Alt.re de omnibus suppellectilibus
ac de Cera, et oleo pro Lampade.
Item in processionibus SS. Corporis Christi subminis-
trare Intortitia Capitulo, Clero seculari, ac Regu-
lari, et Magistratui, nec non candelas mulieribus
Item à vesperis vigiliæ Corporis Christi per totam octa-
vam inclusivè providere tam Altare Maius, quià
Altare SS. et cætera eccl.æ Cathedralis de Cera, tam
pro expositione venerabilis, quam pro celebratione
Missarum, et Divinorum officiorum, insuper de
Incenso pro thurificatione SS.mi Sacramti

Item qualibet 3.a Dom.ca mensis tenet. tradere Cera pro Missa
cantata in altare maiori, et pro missis lectis in alijs altarib.
prout etiam Intorticia Capitulo, et Clero in Processione
SS. quae fit per Plateam Cathedralis.
Item in hebdomada maiori sepulcrum facere, et in Proces-
sionibus fer. 5.ae et 6.ae eiusd.s praebere Intorticia Capitulo et
Clero.
Item in Processione ante primas vesperas SS. Protectorum
et in Octava duodecim Confratres cum Intorticijs associare
debent sacras Reliquias: sicut et in festo S. Gratiliani,
et Felicissimae. In solemni autem Processione eorundem
SS. Protectorum, quae fit de mane post Missam cantatam
debet Societ. intervenire, nec non tradere Intorticia prae-
dictis Capitulo, Clero Seculari, ac Regulari, ac Magistratui.
In processione, quae fit in Dom.ca Quinquagesimae post Mis-
sam cantatam subministrat pariter Intorticia, Clero Seculari,
ac Regulari. Idemq. in altera Processione, quae peragitur
in Dom.ca Palmar. post Vesperas.
Item semel intra Sexennium facere expositionem Ven. pro
Oratione quadraginta Horar.
Item praebere umbellam, Tintinabulum, et Intorticia sex
deferenda per totid.s Confratres vestibus indutos, quoties
defertur SS. Viaticum ad Infirmos civium Parochialium.
Habet ulterius d.a Societ. onus celebrari faciendi infrascripta
anniversaria, et missas, nempe.
Quatuor anniversaria pro an.a q. Hieronimi Sanone
de mense Iunij.

Item anniversarium brevem pro an.ª q. Lucię Sannonę de
Mense Maij
Itē unum pro an.ª q. Marci antonij Moriconi
Item unum post festum Corporis Dñi., et aliud infra octauam
omnium Sanctor. pro Fratrib.' et Sororib.' defunctis.
Item unum pro anima q. Joseph Bici
Item missas duodecim annuas pro eod. q. Josepho Bici
Missas quinq. annuas pro q. Marco Antonio Moricono.
Missas duodecim pro an.ª q. Francisci Piole.
Missā unam pro an.ª q. Marci antonij anselini
Missas sex annuas pro an.ª q. Mę Bonifacię
Missas quindecim pro an.ª q. Damiani Palez
Missas decem pro an.ª q. Anę Blanchinę Lamblanchi
et suor., in ipsomet altare, nempè tres in die obitus
eiusd. q.ª Februarij, et septem infra annū prout in
Test.º rogato p Julium Adolphi die 16 Januarij 1703.
et in actis Curię episcopalis 10 Martij 1703. fol. 341
à tergo.
Missas nouē annuas pro anima q. Sanctori Luccarelli, ex
Instrument.º Donationis rogato p Paulum Leonem Not.ˡ
Carepinę die 24 augusti 1663.
Agatha Cerrami sub die 9 Februarij 1696 legauit credi-
tum scutor. uiginti quinq. ipsiusmet Testatricis debitor.
p q. Hippolitum Magnani cum onere trium missar. annuar.
verū cum d.ª Hereditas Magnani grauata quā aliens sit
in Labyrintho Creditor. Missas dimandauit qd. etiam
Societ. experiaz. Iura sua.

> Cappellaniam hanc erexit b. m. Cajus Philippus Ruffinus(?) illamq. dotavit annuis suis viginti quinque solven. ex suis bonis cum onere Cappellano celebrandi missas 250. et reservatione Patronatus ut in Actis Benef. sub die 5. maij 1629. lib. n. A. fol. 42 a t° coseq. —
>
> Originem vero beneficij q. Lucij Iannoni et alterius ab eadem Instituti cum onere missarum duarum qualibet hebdomada Vide Visitationem(?) Par. 1. fol. 169.

Ex prima Institutione Ecclae celebrari faciebat missam unam in die Veneris, quae ex Decreto Epi. Altini b. m. pro commoditate Populi, et Eccliae translata est in die Dominicae.

Ex devotione celebrari facit singulis alijs Festis de praecepto post recitationem Officij B.mae M. V., quod persolvunt Confratres in proximo propo. Oratorio.

Inspecto Altare Illmus D. observavit minime decere quod SS. Sacramentum asservetur in ultimo Ecclae loco, et ad latus(?) ipsius Ecclae ideoq. decrevit Deo dante illud transferre ad dexteram, et Cappellam B. Virginis Suffragij cum oneribus Missarum.

Interim mandavit provideri de Sera ferrata, et Seraqula(?) ad illud operiend. finitis Missis, et de Vase saltem ex auricalco cooperto pro abluendis digitis post Comunionem Fidelium.

In eod. Altare erectum est Beneficium de Iure Patronatus Heredum q. Lucij Iannone cum onere trium Missarum in hebdomada, cuius Rector D. A. Bartholomeus Gaij Romanus(?) per quem Illmus D. mandavit exhiberi Inventarium bonor. et doceri de adimplemto. infra mensem, eumq. certiorari D. Iulium Ajdolphi(?) eius agentem.

Die Mercurij 27 Iulij 1719

Illmus et Rmus D. associatus à Comissitoribus(?) accessit ad eand. Ecclesiam Cathedralem, et visitavit altaria infrascripta, atque circa illorum manutentionem decrevit ut infra →

De Altare SS. Salvatoris

Cappella d. de Juribus Ecc.ae, Altare v.o conservatum fuit ex elemosinis Universitatis agricolarum, quae ipsius curam gerit, et subministrat etiam ceras Altari maiori in festivitate assumptionis B. M. Virginis, et pro expositione, et Processione Imaginis SS. Salvatoris in Vigilia eiusdem festi per suum Depositarium, per quem Mons. Ill. mandavit providere de tela cerata et seraquela, et reddi rationem de collectis ex custodia agror. et quaestuationibus, cum d.a Universitas non possideat bona propria.

In eod. Altare reperiuntur erecta infrascripta Benef.a et Legata, nempè.

Beneficium ex dispositione q. Dom.ci Marzochij cum onere trium missarum in hebdomada, unius scilicet die Dom.co et aliarum duarum ad libitum, tam respectu diei, et Altaris, quam loci, quatenus Cappellanus sit absens. Recens moderatus d. Q. Julius Marzochi, qui uti praesens d. celebrare debet eadem duas missas diebus assignatis, nempè die mercurij votivam de S. Maria, et die Veneris de Passione, vel pro Defunctis, cum facultate tamen permutandi aliquando dies, Missas, et Altare excepta missa Dom.ca Vid. in Actis Par.: fol. 156.

Beneficium ex dispositione q. Oratiorum Galli, et Josephi Novelli, cum onere trium missarum in hebdomada, erectum sub die 14 9bris 1678 ut in lib. Benefic. fol. 102.

cui fuerunt assignata bona descripta in Inventario, alligata in actis pº 1 fol. 43 cuius Rector D. Clericus Paulus Spatera, nominatus p Rm. Paulum Bodrini de Morelis, ut in Lib. Benefic. sub die 5. 7bris 1712 fol. 91.

Beneficium q. Iosephi Vici, cum onere unius Missae qualibet hebdomada, quod retinet Am. Clemens Gioannoli. Vid. fol. 152.

Beneficium sub titulo S. Iacobi liberae collationis cum onere triginta missarum annuarum, quod possidet Am. Tranquillus Curiola, et cuius bona descripta sunt in Inventario aliorum Beneficiorum recentiorum p eundem ad altare SS. Crucifixi in actis pº 1 fol. 7.

Legatum missarum triginta annuarum de Patronatu D. Iulij Adolphi, relictum a q. Am. Antonio Adolpho, cum dote scutorum quinquaginta, Cappellanus de = Vacat = Vid. l. f. f. 168

Legatum q. Seraphini Ioannoli de Morelis, cum onere unius Missae singulis mensibus ad libitum, pro quo Heredes post obitum Io. Baptae Moreli tenebantur solvere Nostro Capitulo scuta viginti quinque ad effectum investiendi pro fundo d. Legati, ut in visit. b. m. Epi. Alesti, cuius decreta Mons. D. confirmavit, quatenus pecuniae solutae, aut investitae fuissent.

Legatum q. Ioachini Moreli scutorum quinquaginta investiendorum per Baptistam Fantibassi eius uxorem, cum onere tot Missarum, quot redditus, ex Testº rogato p Antonium Buttarelli 13. Iunij 1664 Rector D. Can.cus Antonisius, et celebrat missas

Act. Par. 1. fol 43 -

Legatum q. Fran.ci Sclettrans cum dote scutorum Centum relictorum Nostro Capitulo, cum onere Missarum quot erunt fructus

que fuerunt inscripta in censu aduersus Silvestrum Boccapesci, et adnotate Missa, num.º sexaginta in Tabella.

In eod.m Altare Rector Cannonicatus Corradini habet onus celebrandi alternis hebdomadibus, diebus Martis, Mercurij et Jovis, nisi sint impeditis festis duplicibus aut semiduplicibus.

Per quos omnes Rectores, Cappellanos, et Legatarios Ill.mus D. mandauit doceri de adimplemento, et exhiberi nota bonorum.

De Altare SS. Suffragij

Est de Juribus Eccl.e In eo erectum est Beneficium, quod Annibal Fantibassi instituit sub inuocatione SS.mae Natiuitatis D.ni cum onere unius missarum qualibet hebdomada nec non triginta Missarum, nuncupatarum S. Gregorij annuarum et duorum anniuersariorum in mense Januarij, et frequentandi seruitium Chori. Habet dictum legatum Rectore pluribus ab hinc annis, quia Patroni supponunt obtentum fuisse indultum pro reductione Missarum, et exhibitum b. m. Ep.o Sillano, sed cum in actis non constet de exemtione

V. d. Act. Par. 1ª fol. 159. Ill.mus D. assignauit Patronis terminum unius mensis ad exhibendum Inuentarium bonorum, et docendum de Indulto alias mandauit apponi Economum cum intimatione.

Act. Par. 1ª fol. 150= Adest aliud Beneficium de Jure Patronatus Domus et Familie q. Angeli Pugliesi Alexandre Totis, cum onere sex missarum qualibet mense, Rector D. Clericus Marcus Bertarelli.

Item Legatum q. Damiani Palez, cum onere tot missarum quot sunt fructus bonorum legatorum ad ponem. Juliorum duorum pro qualibet missa, prout in erectione sub

sub die 10. Martij 1691. lib. Benef. fol. 117 à tergo Rector D. A. Hortensius Pal(m)a, et bona descripta sunt in actis p. 1. fol. 44.

Item legatum q. Lucretiæ Germanæ, cum dote census scutorum quinquaginta, et onere duar. missar. quolibet mense, quod cum non reperiatur adnotatum in duabus ultimis visitationibus Epi. Blasi, Illmus D. mandavit citari Heredes ad effectum statuendi quid Iuris erit.

Inspecto altare mandavit providere de sex Candelabris cum Cruce, tabellis secretar. Pallio saltem cooperimento diversor. color., Bradella subpedanea, tela cerata, et Stragula, nec non depingi Scabellum candelabror. et per Cappellanos, Rectores, ac Legatarios doceri de adimplemento et per Clericum Buccarellum exhiberi Statum, sive Inventarium bonor. infra mensem.

De Altare Omnium Sanctor.

Est de Iuribus Familiæ Dominor. de Totis, cuius successor D. D. Prosper Nunez Armanus, olim celebrare faciebant in eo ter in hebdomada ex devotione, modo sacrificia prædicta et consueta non peraguntur, totumq. altare aliàs pretiosum squalet, tam in sacris suppellectilibus, tum in tabulis pictis magni valoris, quæ indigent reparatione. Illmus D. mandavit per D. Cannonicum Corradum, olim Cappellanum AA. de Totis repræsentari præfato D. Prospero Nunez statum Cappellæ et Altaris ad effectum providendi aliàs.

De Altare S. Joij. Evangelistæ

Est de Iuribus DD. de Andosilla, olim de Leevonis, et in ea erecta sunt Benef.a infrascripta, nempè

Beneficium sub invocatione eiusd. S. Titularis, cum onere trium Missar. qualibet hebdomada, et celebrandi die festo eiusd. S. Sancti de mense Decembris, ex dispositione Testamentaria q. D. Annæ M. Leevoniæ de Andosillis, rogat. p. D. Iulium Rodulphum. Rector D. A. Felix Forlanus.

Adsunt etiam duo Cannonicatus de iure Laevonatus heredum q. Iulii Cesaris Leevonii senioris, cum dote annuorum scutor. quinquaginta persoluenda p. Heredes Fundatoris ut ex Test.o rogato p. q. Antonium Fortunatum existens in Archivio Communitatis, et cum onere peragendi duo Officia sivè Solemnia, unum scilicet sub die 6. Maij, festo S. Joij. antè Portam Latinam, et aliud pro Defunctis infra octavam Defunctor. cum interveniente Capituli, et cum missa cantata, et missis lectis. Unum ex dictis Cannonicatibus possidet A. Germanus de Germanis, et alterum novissimè impetravit à Sancta Sede Apostolica Cler. Marius Ciotti

V. Vit. Par. 2. fol. 45. 46.

Inspecto Altare Illmus D. mandavit reaptari mensam in angulis confractis, et provideri de novis Tabellis Secretar., et de Tela cerata, et stragula.

De Ecclesia Subterranea Sancti Gratiliani

Inferior hæc Ædes pluribus marmoreis suffulta Columnis venerandam Templi ostendit antiquitatem

Cubiculum in ea adest Altare cum Imagine S. Gratiliani in pariete depicta, cuius festum à Capitulo celebrat. ibid. scum missa cantata, primis, et secundis Vesperis sub die 12 augusti, cog.a Corpus eiusd. Sancti, et S. Felicissimae, ut testat. Em. Card. Baronius in Martyrologio ad dictum diem, ab Eccl.a Falaritana ad nostram Cathedralem ecclesiam translata fuerunt anno Dni. 1400, sub Bonifacio Papa IX. Ut legebat. in vetustissima Tabella Indulgentiar., et recondita, ut praecreditur in ara maiori, cum Corporib.s SS. Marciani, et Ioannis Grandis. Eidem Illmus D. mandavit expurgari à sordibus, rudes parietes expoliri, et dealbari, fenestras vitris muniri, et Altare, quod solummodo exornat. in die festo contegi tela cerata, restauratis angelis confractis.

De Choro

Deservitio Chori habendum. ratio ad partes; Interim Illmus D. mandavit reaptari Legile et Libros, Graduale, antiphonarium, et Psalterium.

De Suggestis sive Ambonibus

Ad instar primar. Ecclesiar. bina adsunt Sugesta marmorea, quae ambones dicebant. Unum in limine Presbiterij a Cornu Epistolae, ubi Subdiacones in missis solemnibus Pontificalibus epistolam canit, alterum in medio Eccl.ae a Cornu Evangelij vermiculatum, ubi in d.is missis evangelium canit. et Conciones habent. quae minuunt ad formam, sed Illmus D. diligenter custodiri mandavit.

De Organo

Organum pariter, et Canentium locum ex adverso positum decenter ornatum invenit.

De Sedibus Confessionalibus

Binas nimium vetustas, fractas, et penè labentes renovari mandavit, et apponi in omnibus Bullas Cenę, et Casus reservatos, ac Sacras Imagines.

De Campanili

Januam, quę sępè sępius patet rotà, et pondere muniri jussit, quibus per se moveri, et obserari valeat.

De Fontibus aquę Benedictę

Maiorem ex marmore eleganti forma constructum, propè 3.am Ecclesię Columnam circulo ferreo, muroq. affixo firmari pręcepit.

De Sacrario

Situm est in proximo Oratorio S. Joannis, Illmus D. mandavit expurgari à Telis araneaz. et paniculos ibidem existentes comburi, eorumq. Cineres in eodem Sacrario demitti, illudq. reaptari in partibus necessariis, et dealbari interius

De Pavim.to et Sepulcris

Medium tesseratum et ex tessellis coagmentatis confectum est, in quo nullę reperiuntur Sepulturę, easq. Illmus D. fieri posse vetuit. In lateralibus verò mandavit Lapides Sepulcrales confractos renovari per eos, ad quos pertinent infrà tres menses sub pęnis &.

De Tecto

Interdum expoliri interius, et etiam exterius ad arcendas aquas pluviales devenit

De Tota Eccl[esi]a interiori

Mandavit Muro calce coequari in partibus necessarijs et signanter in Lavatorijs, sive Pilastris prope Campanile et Vas aquae benedictae, eosq. dealbari infra mensem.

De Ianuis Ecclesiae

Invenit bene munitas, et ad formam

De Tota Eccl[esi]a exteriori

In summitate Porticus Columnis marmoreis ex Musivo decoratae ab anno 1111 ut patet ex inscriptione praeferente annum, et Nomina artificum, quam Ill[ustrissi]mus D[ominus] mandavit transcribi cum alijs existentibus tam in lapide prope Sanctam dexteram quam in ambone maiori, ad effectum alligandi in actis huius Visit. p[rim]a v[ice] fol. 26 Iussit apponi Crucem ferream visibilem, et circa Muros Stillicidium lapidibus sterni, signanter ex p[ar]te episcopij, et Sacristiae ad arcendam humiditatem.

Die 30 Iulij 1719

De Sacristia

Ill[ustrissi]mus D[ominus] mandavit fieri Inventarium Sacrae Suppellectilium, et confici duas Tunicellas rubri coloris, superpelliceum unum pro Sacrista Minore, et duo pro Clericis inservientibus. Item duas albas feriales, sex manutergia, et emi quatuor Missalia pro missis Defunctorum

Jussit etiam renovari armaria apta ad conservandas sacras supellectiles, et signanter vasa sacra, cruces processionales, et scabella pastoralis, lampades et candelabra argentea, quod deservire valeat etiam pro altare sacramentorum.

Et in loco ubi lavantur manus confici pariter armarium bene distinctum pro archivio quo caret, et indiget Ecclesia

Renovari Tabellam Missarum, et confici novum Librum earundem

De Fabrica Ecclesiae

Possidet eccl.a Cathedralis bona stabilia, Census, Canones et loca Montium, prout in Inventario, exhibito, et alligato in actis p.e 1. fol. 51. quor. fructus deserviunt pro manutentione Fabricae, Sacristiae, ac Suppellectilia eiusd., nec non pro solvendis provisionibus Organistae, Magistro Cantus, Sublevatori Follium, Sacristae minori, et Clericis inservientibus.

Bona praefata administrantur per duos Camerarios Canonicos qui annuatim deputantur à Capitulo, cum licentia, et approbatione Epi., qui mandavit exhiberi Libros rationum, ad effectum &

Die 2.a 8bris 1719

De Capitulo

Constat ex Archipresbiteratu prima, et unica dignitate et tredecim Cannonicis, quor. octo dicuntur per erectionis

et singuli habent Prebendas distinctas prout in actis p.° 1.
fol. usq. ad fol. Inf.ᵃ ad singulos Can.ᶜᵒˢ adnotans.
Archipresbiteratui olim adnexa erat Cura actualis animar.
cum onere applicationis Sacrificij pro Populo dieb.ˢ Dominicis
et Festis de precepto, quam Curam b. m. Episc. Blasi in 3.ᵃ
sua visit. sub die 14 8bris eiusd. anni erexit in Vicariam
perpetuam cum Dote, ut in actis p.° 1. fol. 63. et in Lib. Benefic.
sub d.ᵃ die 14 8bris sive
Archipresbiter canit in Solemnioribus absente, vel im-
pedito Ep.ᵒ
Capitulares tenent. per turnum excepto Hebdomadario celebrare
seu celebrari facere missam in aurora pro comoditate
Populi, et absq. applicatione Sacrificij
Item ex obligatione Sacristie post missam cantatam diebus
Dominicis, et festis de precepto, et post concionem tempore
Adventus, et Quadragesime missam lectam, pro ead. comm.o-
ditate Populi, et cum applicatione Sacrificij pro anima
q. Nicolai de Sanna.
Item diebus feriatis expleta Conventuali missa pariter
lecta, pro ead. comoditate, et sine applicatione
Preterea d.ⁱ Archipresbiter, et Can.ᶜⁱ omnes habent recitandi
quotidie in Choro horas Cannonicas, et missam Conventu-
alem decantandi per turnum, cum applicatione Sacrificij
pro Collegio. et quia instante b. m. Ep.ᵒ Sillano de-
crevit Sacra Cong. Concilij punctandos esse Cannonicos

negligentes, et b. mem. Epus. Aleotti in sua pa. visit.
sub die 15 Maij 1699 fol. 289 audictis, et consentientib.
Capitularibus statuit punctaturas taxandas esse, et ta-
xavit ut infra, nempè
Qui omittit totum servitium unius diei taxet. in summa
denariorum duorum. et ità proportionabiliter si alicui horæ,
vel missæ Conventuali non interfuerit.
Item qui Chorum ingreditur expleto hymno quoad ma-
tutinum, horas pas. et vesperas primo Psalmo, et Confes-
sione quoad Completorium, et ultimo Kyrie eleison
quoad missam punctet. ac si eisd. horis, et missæ non
extitisset.
Qui non intervenit Processioni, priusquam illa exeat
ab ecclesia punctet. in duobus obulis, et ità etiam,
qui nec Concioni, antè finitum Prooemium, temporibus
adventus, et Quadragesimæ.
Ut punctaturæ prædictæ quas accrescere volunt interes-
sentibus sedulò adnotentur. deputari statuit quotannis
de mense Decembris duos Punctatores, ex quibus
unus ab Epo., et alius à Capitulo, in retentione
unius Libernuli separati pro quolibet, cum onere
præstandi prius in manibus Vicarij Generalis iu-
ramentum, de hoc munere diligenter, ac fideliter
nulla Personarum, sive graduum habita excep-
tione administrando.

Denique quod in fine anni exigant Punctatores à singulis Capitularibus ne supra punctatis ad ratione eor. negligentis pecunias dividendas ex inde inter ceteros, quibus debent prestitum, cum facultate sequestrandi ad huiusmodi eff.m penes Sacristam Maiorem emolumenta Incertor; quinimo et redditus Prebendar. attenta deficientia Masse comunis et distributionem.

Sicuti Ill.mus D. supradicta Decreta confirmauit, et observari mandauit, et pro residuo anni currentis et proximo elegit in Punctatore A. Can.cum Andrea Petragola et DD. Capitulares A. Can.cum Albertu Sachi, quorum conscientia pro fideli muneris exercitio onerauit.

His peractis comendauit eid.s Archipresbittero, et Can.cis deuotione in recitatione Diuini Officij, exercitium bone Mortis, Doctrine Christiane, et Conferentie spiritualis, die Jouis institute, sicuti Conferentie Casuum Conscientie, ac celebratione Missar. seruato temporis interuallo, ad Populi comodum.

Capitulares u.o sunt infrascripti, nempe A.A. DD.

1 Nicolaus Ectorre Archipresbiter etatis sue annor. 33 archipresbitteratus duor. Preb. Pai. f. fol 65

2 Antonius Sanvirna Can.cus Decanus annor. 68 Cannonicatus uero 27. Preb. D. Pai. f. fol 42

3 Jacobus Ludouicus Pavadisi Cannonicus annorum 59 Cannonicatus 43 Preb. par. f. f. 63.

4 Germanus Germani Can.cus annor. 60 Cannonicatus 26 fol. 45.

5 Petrus Corradi Can.cus annor. 60 Cannonicatus 22. Reg. fol. 5.

6 Romulus Cocchi Can.cus annor. 37 Cannonicatus 12 L. fol. 69.

7 Joseph Antonius Can.cus annor. 32 Cannonicatus 4 L. f. 72

8 Joseph Cimati Can.cus annor. 47 Cannonicatus 11. L. f. 74

9 Innocentius Flovidi Can.cus annor. 39 Canonicatus 2. L. f. 76

X Albertus Sacchi Can.cus annor. 43 Canonicatus 11. L. f. 78

XI. Joannes Fran.cus Cerroni Can.cus annor. 31, qui possessionem Cannonicatus adeptus fuit hac mane L. fol. 79

XII Andreas Petrangola Subdiaconus Can.cus annor. 28 Cannonicatus 2. L. fol. 17

13 Marius Ciotti Clericus ætatis annor. 16 provisus à Datavia, quinque ab hinc mensibus. L. fol. 46

14 Cannonicatus Papaleonis vacat. Reg. in miscel. Sillani fol. 303.

Vicaria Curata vacat per promotionem Can.ci Cerroni

De Libris Parochialibus

Statim ac constructum fuerit Archivium, veteres Libros in eo recondi Ill.mus D. mandavit, Currentes verò asservari in una ex parvis Capsulis, in quibus ad præsens Scripturæ reperiuntur; nec retineri in Domo Vicarij ne deperveant, sub pœnis arbitrij.

De Clero

Convocatis cæteris de Clero Ill.mus D. commendavit primùm Parochijs, deindè alijs exercitium Doctrinæ

Christianæ saltẽ diebus Dominicis, et mores honestate quoq. tam Sacerdotes, quam Clerici diebus festis de præcepto deserviant Choro ecclæ. Cathedralis, devotione SS. Rosarij et bonæ Mortis, et Sacram.ta respective frequententur, alias primi ad Beneficia, et secundi ad ulteriores Ordines minime promovebunt.

Parochi, et alij de Clero sunt infrascripti nempè Al. AA.

1 Joannes Antonius Scotini Parocus Portionarius ecclæ. S. Gregorij de Curijs ætat. suæ 57. Curæ 7. altera portionaria vacat.

2 Clemens Joannoles Parocus ecclæ. S. Benedicti æt. 42 Curæ 6.

3 Stephanus Bernabei Parocus ecclæ. S. Gregorij Taumaturgi æt. 32 Curæ 5.

4 Julius Mazzochi Parocus ecclæ. S. Clementis ætat. 57 Curæ 2.

5 Hortensius Guglielmi Palea Sacerdos æt. 69 Sacerdotij 26.

6 Marcianus Corradini Sacerdos æt. 30 Sacerdotij 3

7 Antonius Belone æt. 20 Diaconus quatuor ab hinc annis Sacrista.

8 Antonius Primavera æt. 23 Diaconus trium annor.

9 Dominicus Cherubini Acolitus ætatis 25

10 Joañes Petrus Massi Acolitus ætatis 23

11 Jacobus Santolone Acolitus ætatis 26

Marcianus

Marcianus Rossi Acolitus etatis 21

Sebastianus Pechinoli etatis 41 Clericus p.s Tonsure

Hieronimus Cimati etatis 21. Clericus ut supra

Crispinianus Micossi etatis 17 Clericus ut supra

Marcianus Bellone etatis 17 Clericus ut supra

Joseph Cibotti etatis 17 Clericus ut supra

Paulus Bartoletti etatis 18 Clericus ut supra

Philippus Moriconi inserviens Eccle. sex ab hinc mensibus etatis 12.

De Statu Animar. Curę
Eccle. Cathedralis sive S. Marię

Cura Eccle. Cathedralis constat

Familiis n.o

Animabus Comunionis n.o 431

Animabus non Comunicantibus n.o 284

Animę omnes sunt n.o 715

De Eccla Parochiali
S. Gregorij de Turribus
die 27 8bris 1719

Ill.mus et R.mus D. associatus à suis Convisitatoribus adivit Ecclesiam D. Gregorio Taumaturgo dicatam ibiq. receptus à R. D. Stephano Bernabei Paroco,